



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorale Missionariorvm**

**Verjuys, Jean-Baptiste**

**Antverpiæ, 1682**

17. An liceat Catholicis in locis hæreticorum aperire officinas diebus festis Ecclesiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

poteſt carnes etiam hæreticis apponere , quæ cumque intentione petant , niſi cauſa infirmitatis , quæ etiam Catholicos eximeret . Ita La man lib. 2. tract. 3. capite 13. n. 4.

## ARTICULUS XVII.

*An liceat Catholicis in locis hæreticorum  
aperire officinas diebus festis  
Ecclesiæ.*

**D**E diebus dominicis nulla est difficultas quia hæretici illas exactissimè observant . Sed quoad dies festos ; Respondetur : si Catholicus officinam aperiat propter uniformitatem cum aliis civibus , aut ne merces necessariae desint , hoc est licitum ; maximè cum non sit intentio Ecclesiæ ut fideles sui in illis partibus hoc præceptum obſervent , ubi hoc moraliter loquendo est impossibile ; quod etiam plus turbationis cauſaret , quam utilitatis pro Ecclesiæ . Si tamen in aliquâ civitate Catholici paſſim hoc introduixerint , quod officinas claudant diebus festis : Alii qui ſunt in minori numero ſe debent illis conformare : per hoc enim obſervantia hujus præcepti redditus poſſibiliter moraliter : ac proinde aliter faciens peccabit . Si tamen Princeps seu Magistratus hæreticus hoc fieri præcipiat in odium fidei & contemp-

tum Ecclesiæ . . . . .  
nem Papam . . . . .  
ſuam prædictum , tur  
resolvit clesiæ c  
Et id  
nis dieb  
cos , ut  
illis par  
falsæ R  
ſunt ſir  
ſine ull  
qui eſſe

A

*An fit*

**P**er  
en  
gravis  
notabi  
interv  
tionem  
non ob  
ubi ſin  
tuntur

tum Ecclesiæ; videlicet ut abroget superstitionem Papisticam ( ut ipsi loquuntur ) & talem suam pravam intentionem signo externo prodat, tunc id nullatenus erit licitum. Ita etiam resolvit Less. in opere posthumo v. festa Ecclesiæ casu 8.

Et idem dicendum est de claudendis officiis diebus dicatis orationibus apud Hæreticos, uti etiam habet Less. casu 9. Illa enim in illis partibus nullatenus sunt signa professionis falsæ Religionis, ac proinde ob causas fieri possunt sine transgressione præcepti Ecclesiæ, & sine ulla coöperatione rituum hæreticorum qui essent signa suæ Religionis.

## ARTICULUS XVIII.

*An sit licitum Catholicis opera servilia exercere illis diebus in illis locis.*

**P**er se loquendo id est illicitum; præcepta enim Ecclesiæ semper obligant, nisi aliqua gravis necessitas excusat, sive paupertatis, sive notabilis damni aut periculi; ubi autem illa interveniunt, non facit contra piam intentionem Ecclesiæ, qui tunc præcepta ipsius non observat. In illis igitur locis hæreticorum, ubi sine ulla persecutione Catholici permituntur, non licebit ( nisi aliqua alia causa

G 2

inter-